

tatis fundato nonnullas curtes; submittit eidem monasteria et xenodochia ab ipso Pistoriae et Ticini fundata. — Apogr. s. XI. et XII. arch. dipl. Florent. — Muratori, Ant. V, 949; Brunetti I, 594 no. 68; Troya 866. 405

Febr. In loco Nobule. Galdoin donat ecclesiae S. Salvatoris ab ipso in loco Nobule fundatae res suas in eodem vico et casam massariciam 'in Quesa, vico Piniano', sitas; reservat sibi et heredibus suis ius presbyteri eiusdem ecclesiae ordinandi. Ex apogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 113 no. 65; Barsocchini V, 2, 60 no. 101 quaedam emendat; Troya 867. 406

Febr. In Gennariano. Ausulo donat monasterio S. Georgii, 'ubi Deusdedit presb. esse videtur', vineam suam. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 60 no. 102; Troya 868. 407

Apr. 9. Pistoria. Guinifredi filiique eius Guillerad et Agrafi, et Saxu donant ecclesiae SS. Petri et Mariae ab ipsis fundatae nonnullas curtes et casas massaricias, constituunt censum a Romanis et massariis in iisdem residentibus persolvendum et angaria facienda, reservant sibi usumfructum rerum donatarum et decernunt, ut ipsis mortuis illa ecclesia cum omnibus rebus in possessionem monasterii S. Bartholomaei transeat. Ex apogr. Pistor. ed. Muratori, Ant. II, 747; Zaccaria, Anecd. Pistor. p. 273; Brunetti I, 599 no. 69; Troya 869. 408

Mai. 1. Luca. Ospertus et Osprandus diaconi, quibus Aude-
radus presb. omnes res suas per cartulam tradidit, offerunt casam eius cum rebus appertinentibus infra Lucensem civitatem sitam ecclesiae S. Martini Lucensi, usumfructum Teudipergae, filiae Gunduli, reservantes. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 61 no. 103; Troya 871. 409

Aug. In monast. S. Mariae (Farfensi). Chrisodono qui et Occio, habitator in Praetorio, donat monasterio S. Mariae (Farfensi) eiusque abbati Halano omnes res suas. 'Regn. Desiderio et Adelchi a. XI. et VIII, seu temp. Theodicii ducis Spol., ind. V'. Reg. Farf. 77; Troya 875. 410

Sept. Luca. Fridulo de Brancalo vendit Deusdedit presb. rectori ecclesiae S. Georgii petiolam terrae in loco Genariano sitam solidis 2. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 61 no. 104; Troya 876. 411

Sept. Spoleti in palatio. Theodicius dux (Spoletinus) concedit, ut iumentorum decem turmae et duo milia pecora monasterii S. Mariae (Farfensis) 'cum iumentis publicis per gualdos publicos' pascantur. 'Regn. Desid. et Ad. a. XI. et VIII. — Anno ducatus nostri VI, per ind. VI,